



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Joannis Friderici Karg Bambergensis Franconis. Pax Religiosa Sive De exemptionibus, & subjectionibus Religiosorum

Karg von Bebenburg, Johann Friedrich

Herbipoli, 1680

Prooemium.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38315**

Prooemium.

1. Prooemiorum usus ac utilitas.
2. Occasio ad præfens opusculum.
3. Scopus Authoris.
4. Injusta Regularium exemptorum querela adversus Episcopos.
5. Paranesis ad Episcopos, ac Regulares exemptos.
6. Præmunitio Authoris contra criminatores.

I. **A** Reopagitarum singulari (a.) quidem Jure antiquitus cautum fuerat, ne causam dicturus uteretur prooemio, quo iudices vel ad odium permoveret, vel ad commiserationem. At secus est de Jure communi, cujus Augustissimus Conditor Justinianus Imperator (b.) ad corpus Legum non semel præfatus fuit: imò & SS. Pontifices (c.) sua quoque sacro Juri Canonico præmisere prooemia, gnari, eam esse passim præcupidorum hominum aviditatem, ut nisi sub ipsum operis ingressum primo statim obtutu intentionem Authoris ob oculos positam videant, præ-

con-

concepto totius operis evolvendi fastidio, difficillimè lectionem aggrediantur, & vix unquam absolvant: id quod in privatorum scriptis potissimùm accidit, quorum titulis illud M. Actii Poëtæ sapius congruit, qui (d.) cum brevissimus esset, in Diva Camænarum æde, maximâ formâ sibi statuam collocavit. Ut non inutiliter impendendam à me oderam arbitrer, si brevi quodam proœmio, ex quo mens mea dispici (e.) possit, lectori benigno præindicem suscepti à me hujus laboris occasionem ac intentionem.

2. Atque ut ab occasione incipiam, eam dedit Celsissimus ac Reverendissimus Princeps & Dominus D. PETRUS PHILIPPUS, Episcopus Bambergensis, & Herbipolensis, S. R. I. Princeps, Orientalis Franciæ Dux &c. Dominus meus Clementissimus, evulgato die Sextâ Aprilis, Anno 1679. Decreto, cujus tenor unâ cum aliis suæ

bus sub finem attextus est: quod cum nonnulli vel durum nimis, vel invidiosum putaverint, operæ pretium duxi, necessitatem ac utilitatem Eiusdem ostendere, omnibus hujus opusculi partibus ex SS. Canonibus, Constitutionibus Apostolicis, Decretis Conciliorum, SS. Congregationum declarationibus, sinceriore Historia, & ut hominis factiosi notam effugerem, scriptis Regularium ipsorummet, desumptis, si vel impugnatus, vel debitè requisitus fuero, confestim laudaturus Authores ad eversionem obstrictos.

3. Scio argumentum hoc à permultis variè discussum fuisse: At quoniam vel nimis jejunè, vel factiosè, vel acerbè; à nemine verò, de quo mihi constet, Theologicè, Canonicè, & Historicè simul hæc sparta suscepta fuit; ego, solo Christianæ concordie studio, post tractatam nuper è S. Synodi Tridentinæ Canonibus *Pacem Catholicam* cum Adversariis Fidei nostræ, intestinis quoque

que diffidiis obviaturus, *Pacem Religio-*  
*sam* non tam procurare, quam à tem-  
 pore ejusdem Concilii obtentam mon-  
 strare constitui, eâ fide, sinceritate, ac  
 Methodo, ut, licet Ecclesiasticus & in  
 Episcopali servitio constitutus sim, u-  
 num ordinem, *Ecclesiasticum servicet*, o-  
 pere teneam, cæteros charitate; nec us-  
 quam vesano mei statûs amore illectus,  
 aut Episcopos aut Ecclesiasticos contra  
 fas efferam; aut Regulares infra sui  
 gradûs prærogativas ullatenus depri-  
 mam, votorum summam tunc consecu-  
 rurus, si, ostensâ Episcopalis muneris &  
 Regularium operarum utili conjuncti-  
 one, effecero, ut sinè livore, contemp-  
 tu, ac metu, Episcopi, Ecclesiastici, & Re-  
 gulares, viribus studiisque unitis in-  
 cumbant ad seriò ac sedulò procuran-  
 dam majorem DEI gloriam, & anima-  
 rum salutem: ita nos præclare commo-  
 nente Hugone de S. Victore (f.) *licet in*  
*Monacho & Canonico diversitas sit ha-*  
*bitûs, idem tamen debet esse Religionis af-*  
*f. ctus.*

4. Tantum abest, ut vel diffidii, vel  
 persecutionis Regularium Author sim,  
 qui si publica Confessariorum, Prædi-  
 catorum, Doctorum &c. munia certa-  
 tim suscipiunt, & Episcopalibus vineis  
 excolendis operas suas passim addicunt  
 citra turbationem (ut Illi quidem a-  
 junt) Religiosi ordinis sui: queri pro-  
 fectò non debent, quòd multiplices pro  
 varietate casuum sortiantur superiores,  
 modò intra suos quique se limites ita  
 pacatè contineant, ut Episcopus non u-  
 surpet ea, quæ ad Regularem Exempto-  
 rum observantiam pertinent; nec Re-  
 gularis Superior jurisdictionem Epi-  
 scopalem, cui Regulares operarii in iis,  
 quæ publicas ejusmodi functiones  
 concernunt, se sponte submitunt, inva-  
 dat. Adeò ut Regulares exempti poti-  
 ùs, si & operas, & querelas continuent,  
 tam iniquâ favoris Episcoporum illos  
 in muneri sui communionem admit-  
 tentium interpretatione notam ingra-  
 torum, ne dicam factiosorum, incur-  
 rant;

rant; atque vel juxta Religiosi status  
sui à *relinquendo* dicti etymon, officia  
prædicta dimittere aut nunquam acce-  
ptare; vel annexam his obligationem  
subire teneantur.

¶ Ubi ut sensus meos clarè depro-  
mam, Candidè assevero, extrema utrin-  
que vitanda esse, & nec insultandum E-  
piscopis à Religiosis, qui ab illis non  
planè oblucentes ac inviti ad Ecclesia-  
sticorum ordinum gradum & publicas  
Clericorum functiones admissi sunt:  
nec è diverso, cùm Episcoporum quo-  
rundam socordia, vel ob adauctum gre-  
gem insufficientia, complures olim  
Monachos è solitaria quiete ad susti-  
nendum magna ex parte Episcopalis  
ministerii pondus evocârît, par esse, ut  
absque causa lamententur de eo Episco-  
pi & Ecclesiastici, quod Prædecessorum  
suorum vitio, aut cum ingenti saltem  
beneficio contigit, dummodo à Reli-  
giosis exemptis Episcopi pacificè frui  
sinantur Jure suo, quod per se liqui-  
dum

dum est, maximè post S. Tridentinam  
Synodum, & tot constitutiones Apo-  
stolicas, atque declarationes.

6. Criminentur nunc, si qui velint;  
& sive in Episcopale regimen, sive in  
Regularium statum, sive tandem in me  
utriusque vindicem amarulentiae virus  
turpiter evomant: mihi sanè illud præ-  
primis curæ, ac veluti pro antidoto erit,  
ut quibuslibet Adversariis, juxta au-  
reum S. Augustini & Regularis, & Epi-  
scopi monitum, non quidem convitiân-  
do (quod semper absit!) superior effici-  
ar; sed salubrior errores vanasque  
nonnullorum soli vocum cortici ac ne-  
scio quibus formalitatibus inhærenti-  
um, persuasiones convincendò: ita ta-  
men, ut universa, quæ scribam, S. Sedis  
Apostolicæ judicio demississimè sub-  
jecta profitear; & quemadmodum in  
sentiendo sincerus ac liber sum, ita libe-  
ros atque sinceros hujus libelli censo-  
res desiderè, non carnales criminatores.

2, Alexan; ab Alex, 1, 3, die, genial.



c 5. b. ad Instit. & Novel. c. Greg. IX. ad  
V. libr. Decretal. Bonif. VIII. ad lib. VI.  
Decretal. Clemens V. ad Clementin.  
d. Plin. l. 34. c. 5 e. L. fin. & ibi DD. ff.  
de hered. instit. f. l. 2 de claustr. anim. c. 16.

**Pacis Religiosæ Index Decadum**  
& Capitum, secundum nume-  
rum foliorum.

**DECAS I.**

*De exemptione Religiosorum.*

**CAPUT I.** De præcipuis duabus dif-  
ferentiis statûs Ecclesiastici & Religio-  
si fol. 1. II. Quid & Quotuplex sit, &  
à quo detur exemptio? f. 10. III. Qua-  
re data fuerit nonnullis exemptio? f. 11.  
IV. Quæ fuerit mens S. Bernardi de e-  
xemptione? f. 16. V. De plerorum-  
que Regularium exemptione subsequuta,  
f. 17. VI. Quomodo probetur & de-  
fendatur exemptio? f. 20. VII. An ho-  
die Regularibus exemptio competat de  
Jure communi? f. 23. VIII. De com-  
modis & incommodis exemptionum. f.